**Zeitschrift:** Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins Zentralschweiz

**Herausgeber:** Historischer Verein Zentralschweiz

**Band:** 61 (1906)

**Artikel:** Urkundenbuch des Stiftes Bero-Münster 1036 - 1313. Band 1

**Autor:** Liebenau, Theodor von

**Kapitel:** Urkunde Nr. 10 bis 19

**DOI:** https://doi.org/10.5169/seals-116382

**Nutzungsbedingungen**

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

**Conditions d'utilisation**

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

**Terms of use**

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

**Download PDF:** 04.08.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch**

porectas clementer exaudiuimus et procuratoribus noſtris quamuis erga | uos negligenter egerint, ut querimoniiſ ueſtris ſatisfacerent in- | tenſius precepimus. Inde eſt, quod querimoniam uillici ueſtri de Har- | menſe et illorum de Hoſtorf et aliorum, qui curiaſ ueſtras ſeu do- | minicalia ueſtra, que uulgo ſeillant uocantur hereditario | iure et ex conceſſione precedentium prepoſitorum poſſidere uo- | lebant irrationabilem reputauimus et uobis poteſtatem | et libertatem, quam cetere eccleſie ad regnum pertinenteſ uſque | ad tempora noſtra habuiſſe dignoſcuntur hanc ſentenciam noſtræ | curie apud Ulmam celebrate conceſſimus. Videlicet | ut de dominicalibus ueſtriſ et lunaticiſ ſeu aliiſ beneficiiſ | ad predictam curiam pertinentibus utilius et melius quam antea | ordinatum fuerit facultatem diſponendi habeatiſ.

Das Siegel ist abgefallen.

Nach dem Original gedruckt im Anzeiger für schweizer. Geschichte 1876, Nr. I, pag. 181, mit Festsetzung des Datums; nach der Kopie im Liber crinitus fol. 10 a in Segessers Rechtsgeschichte I, 728—729 mit irrtümlicher Beziehung auf Kaiser Friedrich II.

Übersetzung bei Riedweg, Stift Münster 62—63.

Als F. v. Balthasar 1765 seine Antiquitates Beronenses schrieb, war das Kaisersiegel noch wohl erhalten. Vide T. II, fol. 187.

## Nr. 10.

1184, 30. Januar. Vergabung des Gutes Tannbach an die Pfarrei Romoos.

Noverit . . preſens etas et successura poſteritas, quod dominus Lutoldus de Wolhusen, fratre suo Diethelmo, venerabili Beronensis ecclesie preposito annuente, et advocato Arnoldo de Rotenburg cum uxore sua et filiis consentientibus ceterisque preſentibus idoneis teſtibus ecclesiam de Rormos cum predio suo de Tambach dotavit.

Jahrzeitbuch Romoos. Deutsche Übersetzung im Pfrundurbar von 1622 mit irrigem Jahr 1084 und dem Namen

Rudolf statt Lutoldus. — Druck: Neugart, Cod. Diplom. Aleman. II, 111.

## Nr. 11.

c. 1199.

Graf Albrecht von Habsburg genehmigt den Verkauf eines Gutes in Gunzwile durch Ritter Hartmann von Baldegg ans Stift Münster.

A. comes de Habſburg, langrauius Alſacie, dilectis amicis ſuis — — prepoſito totique Beronenſis eccleſie capitulo sincere dilectionis obſequium. Significavit nobis H. miles de Lacu, dilectus miniſterialis noſter, quod uos in venditione predii, quod ſitum eſt in villa Gunzwile conueniſtis, ea videlicet condicione, quod ipſe litteras noſtram voluntatem et licentiam continentes ſuper hoc facto preſentare ſe dartis fideiuſſoribus obligauit. Verum quia huius rei noſtram auctoritatem neceſſarie duxiſtis requirendam, quicquid ſuper venditione predicta factum eſt, ratum habere decernimus litterarum noſtrarum munimine roborando.

Kopie im Liber crinitus fol. 22 b, mit der Randbemerkung 1288, die unmöglich richtig ſein kann.

Gedruckt bei Schöpflin, Alsatia Diplom. 1, 308, Neugart, Episcopatus Conſtantienſis II, 344 ad 1282. Vgl. Th. v. Liebenau, Ritter von Baldegg 13.

## Nr. 12.

1203, 28. Januar, Lateran.

Schirmbrief Papst Innozenz III. für das Stift Münster gegen Eberhard und Hartmann von Büttikon und andere Edle.

Innocentius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis — — Montis Angelorum et — — Murenſi abbatibus | Conſtantienſis dioceſis. Salutem et apoſtolicam benedictionem. Significantibus dilectis filiis Canonicis Be- | ronenſibus nos noueritis accepiſſe, quod E. H. de Butenchon et quidam alii milites Conſtan- | tienſis dioceſis poſſeſſiones eorum inuadere, et quoddam Caſtellum in eis edificare per uiolen- | tiam preſumpſerunt. Ideoque diſcretioni ueſtre per apoſtolica ſcripta

mandamus, quatinus | milites ipſos, ut ſuper hiis ſatiſfaciant monitione premiſſa per cenſuram eccleſiaſticam, ¦ ſicut iuſtum fuerit, appellatione poſtpoſita compellatis. Datum Laterani V. | Kalendas Februarii, Pontificatus noſtri anno Quinto.

Die Bulle Innozenz III. hängt.

Drucke: Nobiliaire Suisse II, 1—2; Neugart, Cod. Dipl. II, 121; Geschichtsfreund 51, 3.

## Nr. 13.

1208.

Spruchbrief zwischen dem Stift Münster und dem Grafen Hermann von Froburg wegen des Patronatrechtes von Auggen.

Omnibus fidelibus, ad quos littere iſte peruenerint C. abbas Lucellenſis Monaſterii et M. prepoſitus eccleſie ſancti Leonardi in Baſilea in vero ſalutari ſalutem. Litem, cuius mentio in ſequentibus eſt, quam a domino apoſtolico Innocentio cognoſcendi et canonice ac iuſte diffiniendi commiſſionem accepimus, conſilio diſcretorum virorum et conſenſu partium, deo dante, decidimus, et ne rurſus de cetero ex negligentia uel ex improborum malicia, aut ex oblivione recidiuare valeat, scripture publice mandare et ſigillis noſtris et vtriuſque partis autenticare non ab re fore extimamus. Vertebatur lis iſta iam dudum inter prepoſitum et capitulum eccleſie Beronenſem ex vna parte, et comitem H. de Froburg ex parte altera super patronatu eccleſie Ougheim, que ſita eſt in epiſcopatu Conſtantienſi, in pago Briſaugiæ, cuius eccleſie patronatum et ius fundationis utraque pars ſibi vendicabat — — prepoſitus et eccleſia ſua oblatione fidelium quorum intererat, Comes a legittimis heredibus ſe intraſſe et iuſto titulo poſſediſſe aſſerebat. Itaque cum multis citationibus et diuerſis iudicibus et expenſis potius ſe fatigari quam expediri animaduerterent et crebris recurſionibus ad finem minus proficere ſe perſpicerent, conſilio bonorum, qui ad pacem utrimque et concordiam laborabant, collegis noſtris et aliis quibuslibet obmiſſis in hac cauſa compoſitionem et exſecutionem ſententie uoluntarie in nos duos trāſtulerunt. Et ut sententie noſtre

irrefragabiliter ſtarent, ſuper ratihabitione cum plurimis clericis, presbiteris et illuſtribus laycis legitimis ſacramentis iuraverunt. Nos itaque acceptis induciis, explorata paſſim a comprouincialibus rei veritate, et cognitis omnibus hinc et inde circumſtantiis, hinc finem huic liti imponimus et auctoritate apoſtolica, qua in hoc negotio fungimur, ſententiam noſtram confirmamus. Statuimus ut utraque pars in prefata eccleſia ius patronatus dimidium habeat, et alternatim quilibet in ordine uicis ſue paſtorem, quem voluerit et ydoneum elegerit, ibidem inſtituat. Huius mandati noſtri exſecutio a comite H. exordium habeat; ipſe primus in inſtanti hanc eccleſiam cui uoluerit concedat, qua vacante alterum, quem voluerit — — prepoſitus Beronenſis cum ſuo capitulo eidem preficiat, et rurſus ad comitem eccleſie uacantis et conſequenter, ad — — prepoſitum et capitulum inſtitutio ſucceſſiue recurrat. Hec alternatio perpetuo ſeruetur, et neutra pars ſuo priuilegio fraudetur et in uice ſua patronus ſuper ordinatione eccleſie nec conſilium, nec conſenſum alterius partis requirat, niſi uoluerit. Duos clericos qui nuperime partibus litigentibus ab utriſque inſtituti fuerant, amoueri cenſemus et comes, quem uoluerit modo primus inueſtiat. Litis enim uero huius a nobis ſecundum iuſtitie tenorem facta deciſio, eo firmius et indeclinabilius utrimque ſeruanda eſt, quia voluntate et conſenſu partium — — prepoſiti videlicet et Capituli et prefati comitis et vxoris eius, ac filiorum ſuorum in preſentia plurimorum illuſtrium virorum publice celebrata eſt et auctoritate apoſtolica, qua fulti huic negotio preſidemus, confirmata. Si quis autem temerario auſu huic mandato et tranſactioni noſtre contraire preſumpſerit, apoſtolica auctoritate, qua in hac parte et cauſa fungimur, a communione eccleſie et divinorum ſacramentorum participatione, eum penitus donec reſipiſcat, remouemus. Acta ſunt hec anno dominice incarnationis M⁰ CC⁰. VIII⁰. Indictione.

Liber crinitus fol. 10, b.

Gedruckt bei Neugart, Cod. Dipl. II, 125--127. Vgl. J. E. Kopp, Gesch. der eidgen. Bünde II, 1, 490. Winistörfer, die Grafen von Froburg 97--98.

## Nr. 14.

c. 1213.

Vergleich zwischen den Stiften Murbach und Münster betreffend Wahl und Besoldung des Leutpriesters und Kaplans von Sarnen.

A. dei gratia Mv̊rbacenſis abbas, D. eadem gratia Beronenſiſ eccleſie prepoſitus, vniuerſis preſentem paginam inſpecturis, rei geſte | noticiam. Orta lite inter eccleſiam Mv̊rbacenſem et eccleſiam beronenſem de patronatu eccleſie Sarnon, poſt multam | contentionem hinc inde habitam, eadem liſ in hunc modum terminata eſt, quod eccleſia Beronenſis in dicta eccleſia Sarnen | plebanum deincepſ eligere debeat, eccleſia vero Murbacenſis prebendarium. Porro in celebratione diuinorum indif- | frenter amminiſtrare debet tam prebendarius quam plebanus, uterque uiciſſim per unam ebdomadam, et tenetur prebendarius | in ſua ebdomada ad petitionem plebani baptizare et infirmoſ uiſitare. Quemlibet quoque ſubditorum pleba- | no inobedientem in diuiniſ debet artius devitare. In perceptione vero temporalium, ſiue in decimiſ, ſiue in obla- | tionibus et ammonitionibus, ſiue in tributiſ, que ipſa eccleſia habet uel habitura eſt, ſiue in quibuscunque e- | cleſie prouentibus plebanuſ duaſ parteſ, prebendariuſ terciam obtinebit, exceptis decimis perſonalibus et bannis, | que plebanus ſibi integre uendicabit. Si vero infra cimiterium ex edificiis forte aliqua prouenerit utilitas, inueſtitura | pertinebit ad plebanum, tercia utilitatis ad prebendarium. Vt autem hec rata et inconuulſa ſint in poſterum, placuit | ea in ſcriptum redigi et ſigillorum noſtrorum impreſſione roborari.

Das Stiftssiegel von Münster fehlt; das Siegel des Abtes von Murbach hängt beschädigt mit der Inschrift: S. ARNOLDI . MVRBACENSIS . ABBA.

Das Staatsarchiv Luzern besitzt ein Dupplikat mit dem wohl erhaltenen Siegel des Kapitels von Münster.

Kopie im Liber crinitus fol. 11.

Gedruckt bei Schöpflin, Alsatia diplom. I, 325 und daraus

in (Zelger und Businger) Kleiner Versuch einer besondern Geschichte des Freystaats Unterwalden, Luzern 1789, pag. 374—375; bei Josef Businger, Geschichte des Volkes von Unterwalden 1827, 1, 417—418.

Wegen des Datums vgl. J. E. Kopp, Gesch. der eidgen. Bünde II, 1, 206, daneben die lächerliche Angabe im Geschichtsfreund XXIV, 154. Joh. Müller, Gesch. d. schweiz. Eidgenossenschaft 1786, I, 484 Note ad 1248.

## Nr. 15.

1419, 17. Oktober, Ensisheim.

Wernher von Eptingen, Statthalter des österreichischen Landvogtes vidimiert eine gefälschte Urkunde von 1213 5. Dezember, betreffend Schenkung von Zehnten in Schliengen, Steinenstatt und Laufen durch Landgraf Lienhard von Breisgau von Ritter Rudolf Grassenfels, genannt Rengk.

Ich Wernher von Eptingen, Ritter, ſaß in der ſtatt zu Enſhen am nåchſten Zinſtag nach Sant Gallen tag jn dem Jor, | da man zalt von der geburt Christi MCCCC und in dem múnzehendeſten (!) jore an ſtatt und in nammen des Edlen | wolgebornen Herren Graff Hanſen von Tierſtein, Landttvogt zu den ziten mins gnådigen Herren von Osterrich etc. | und kam für mich und für mins gnådigen Herren von Oeſterrich Råtte an eim offen landtag der veſte Vlman von Graſ | ſenfels, genant Rengk, und bat vns jm ze gen gloubniſſe und abgeſchrifft, das do heiſſet vidimus, von eins | brieffs wegen, den er nit gern fůrte an alle die ſtett und ende, do er ſin nottdurftig were ze brüchen, wan er fôrcht, | er wůrd jm zerbrochen oder verſert, das jm Schad daruß môcht wachſen. Wan ſôlche bett nit zu verzihen iſt | do ward mit einhelliger Vrteil erkentt, man ſolt den brieff beſehen vnd leſſen, wer er gantz vnd gerecht, ſo ſolt | man jm ein vidimus gen. Do ward der brieff beſehen und geleſen und lutet der brieff von worten zu Worten alſo. |

Wir Lienhart, landtgraffe in dem Brisgow, graff zů Friburg und Herre zů Badenwiler etc. tůnd kundt und zů |

wiſſen aller mengklich, das wir gendt und geben handt für vns und für all unſer erben vnd nachkomen mit krafft | diß brieffs dem Strengen Ritter Rudolff von Graſſenfels, genant Rengk, jm und allen ſinen erben und nachkomen | alle die zehenden, die wir hond, die da ligendt in Schliengen bann und in Steinenſtatter bann und in Oucken und jn | Louffen bann von allen den gůtern, die der rodel jnhends hett und darin verſchrieben ſtondt und gend in das zu | eygen und on widerrůffen und gend jm die vorgenanten zehenden von ſines getrüwen dienſtes wegen, die | er vns vnd vnſerem vatter ſåligen getan hett, mit ſunderheit ze Brüſſen vnd an den vngloubigen vnd gend dem | vorgenanten Herren Rudolfen alle vnſere rechtikeit vnd alle eygenſchaft, die wir manigzit her hand bracht, jme | vnd allen ſinen erben vnd nachkomen on aller mengklich jntrag vnd jrrung, das yemant erdenken mag, | vnd on all geverde. Vnd des zů einem waren urkund, ſo hond wir vnſer eygen Ingeſigel gehengkett | an diſen brieff, der do gen iſt jn dem jore, do man zalt von der geburt Chriſti Tuſent zwey hundert | vnd dryzehen jore an ſant Niclas oben. — Und do der brieff verhört ward, do was er on gebreſten | aller ſachen halb, und wöllent, wo das vidimus gebrucht oder geleſen würt, das jm als wol ſy zu glouben, | als dem houptbrieff. Iſt mit der urteil erkant vnd des zu einem waren vrkúnd, hab ich der vorgenant | Wernher von Epptingen, Ritter, min eigen jngeſigel gehengkt an diſen brieff in dem jore als obſtatt etc. etc.

Vom Siegel iſt noch der Herzschild mit dem Adler sichtbar. Stiftsarchiv Münster. Obsoleta 42.

Auf der Rückseite steht von einer Hand des 15. Jahrhunderts: Rencken ubergebungsbrieff. Vgl. oben pag. 54—58.

*Abschrift v. B.*

## Nr. 16.

1217, Juli, Eßlingen.

Schirmbrief König Friedrich II. für Beromünster.

Fridericus Secundus Dei Gratia Romanorum Rex et ſemper Auguſtus et Rex Sicilie. Per preſenſ ſcriptum notum

facimuſ | tam preſentibus quam futuriſ, quod noſ de ſolita gratia et conſveta benignitatiſ noſtre clementia eccleſiam Beronenſem, ſitam in epiſcopatu Con- | ſtantienſi, ſub noſtra ſpeciali protectione et defenſione recepimus, tam clerum quam ceteroſ homineſ ſuoſ, necnon omnes | poſſeſſiones et ivra ad eandem eccleſiam pertinentia, confirmanteſ eidem omnes bonoſ uſuſ et bonas conſuetudineſ, quibus | olim tempore domini Imperatoriſ Friderici, aui noſtri, et domini Imperatoriſ Heinrici, patriſ noſtri, feliciſ memorie, et | aliorum predeceſſorum noſtrorum Imperatorum et Regum uti conſuevit. Inſuper etiam aduocatia predicte eccleſie ad manuſ noſtraſ re- | cepimuſ, ut nulli de cetero, niſi nobis, teneatur de aduocatia reſpondere; decernenteſ, ut bona eiusdem eccleſie, nulla neceſ- | ſitate incumbente, poſſint ab imperio ullo modo alienari. Mandamus igitur firmiter ſtatuenteſ, ut nulluſ a modo prefatam | eccleſiam de predictiſ omnibus offendere vel moleſtare preſumat. Ad cuius noſtre protectioniſ et confirmationiſ memo- | riam et inviolabile firmamentum, preſenſ ſcriptum fieri fecimuſ ſigillo noſtre celſitudiniſ roboratum.

Datum apud Ezzelingen. | Anno dominice incarnationiſ M⁰.CC⁰.XVII⁰. Menſe Jvlii, Indictione V,

Das Siegel ist abgefallen.

Kopie im Liber crinitus fol. 9 b—10, 46, 62 b. Abschrift in Balthasar, Antiquitates Beron. II, 199 mit Siegelabbildung.

Gedruckt bei Herrgott, Geneal. II, 226; Huillard - Breholles, Hiſt. dipl. I, 519.

Übersetzung bei Riedweg, Stift Münster 65—66.

## Nr. 17.

1218, 28. Februar, Lateran.

Schirmbrief Papst Honorius III. für Beromünster.

Honorius epiſcopus ſeruus ſeruorum dei. Dilectis filiis — — Prepoſito et Capitulo eccleſie Beronenſis, Conſtantienſis dioceſis. Salutem | et apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt et honeſtum tam uigor equitatis quam ordo exigit | rationis ut id per ſollicitudinem noſtri officii ad

debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domi- | no filii ueſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas ueſtras et eccleſiam Beronenſem cum omnibus | que impreſentiarum rationabiliter poſſidet aut in futurum iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci | ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus. Specialiter autem curtes, poſſeſſiones et alia bona ueſtra, ſicut | ea omnia iuſte ac pacifice poſſidet, nobis et per uos eidem eccleſie auctoritate apoſtolica confirmamus | et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protecti- | onis et confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indi- | gnationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Laterani | II. Kalendas Marcii, Pontificatus noſtri anno Secundo.

Die Bulle Papst Honorius III. hängt. Auf der Rückseite steht: Hvgo.

Inseriert der Bulle Innozenz VIII. vom 22. November 1484. Quellen zur Schweizergeschichte XXI, 185—186.

## Nr. 18.

(1223), 23. Februar, Monte S. Johannis in Campanien.

Kaiser Friedrich II. ächtet die Grafen Werner und Hartmann von Kyburg wegen der Schädigung des Stiftes Münster.

Fr. dei gratia Romanorum Imperator, Semper Auguſtus et Rex Sicilie. Vniuerſis principibus Alamannie, tam eccleſiaſti- | cis quam ſecularibuſ, et aliis Imperii fidelibus, ad quos littere iſte peruenerint, gratiam ſuam et omne bonum. Vniuerſitate ueſtre tenore preſentium uolumus eſſe notum, quod ueniens ad preſentiam noſtram Dietricus, Beronenſis eccleſie prepoſitus, fidelis noſter, ſua cel- | ſidudini noſtre conqueſtione monſtrauit, qualiter Warnherus et Hartimagnus comites de Kiburg, eidem eccleſie ſue dampna enor- | mia irrogantes, eum, et alios concanonicos ſuos in eadem eccleſia

domino famulantes, de gremio ipſius eccleſie [turpitar] eiccerint, quod | nec ipſe, nec aliquis canonicorum ſuorum, sex iam annis elapſis, ad ſeruiendum deo ibidem audeat apparere. Et licet per | Conſtantienſem, uidelicet dioceſanum Epiſcopum, excommunicationis ſententia contra eos propter hoc fuerit promulgata, et terra eorum ſuppoſita | interdicto; ipſi nihilominus, in contemptum dei et eccleſie, aduerſus ipſum et eccleſiam ſuam acrius ſeuientes in nullo ſatiſface- | re procuraraverunt, in eadem pertinacia contumaciter perſiſtentes, ſic quod eadem excommunicationis ſententia per ſummum pontificem exti- | tit confirmata; propter quod prephatus prepoſitus in preſentia venerabilium Cicenſis, Tridentini et Briſſinenſis episcoporum, et aliorum | quam plurium, tam Imperii, quam Regni magnatum, excellentie noſtre humiliter ſupplicauit, ut, quod ad Imperiale ſpectat officium, | exinde proſequi dignaremur. Nos igitur proteruam predictorum comitum contumatiam attendentes, ad petitionem quoque predicti Conſtan- | tienſis dyoceſani Epiſcopi, cuius cenſuram eccleſiaſticam, dei timore poſtpoſita, dicti comites, per triennium, ſicut aſſeritur, contempnentes | ab infeſtatione ipſius eccleſie non deſtiterunt, cum abſonum ſit in Imperio noſtro, tam enormes eccleſiis dei uiolentiam irrogari, quas | ex collata nobis plenitudine poteſtatis defenſare modis omnibus, et fouere tenemur. Preſentibus predictis principibus, | et ceteris tam Imperii, quam Regni magnatibus, predictos comites excomunicationis ſententiam contempnentes, ſententialiter proſcriptos de- | nuntiamus. Mandantes ipſos de cetero, uelut preſcriptos, ab omnibus euitari. Preterea H. Romanorum Regi, filio noſtro, per | litteras noſtras dedimus in mandatis, ut eosdem comites pro predictis perpetratis exceſſibus proſcriptos denuntiet. Et ab ipſa | proſcriptione ipſos decernimus non abſoluendos, niſi predicto prepoſito et eccleſie ſue condigne ſatiſfaciant, ſicut debent. Data | in Campania apud Monte Sancti Johannis, XXIII°. Februarii, vndecima Indictione.

Das Siegel ist abgefallen.

Kopie: Liber crinitus 11 b—12. Liber Erni fol. 6 b—7.

Gedruckt in Goldast, Constitutiones Imperii I, 295. Lünig, Cod. Germ. I, 367. Böhmer-Ficker, Regesten Nr. 1449. Herrgott, Geneal. II, 226. Fr. Guillimann, Habsburgica, Tiguri 1737, p. 309 bis 310; Mediolani 1605; 254—5. Vgl. J. E. Kopp, Geschichte der eidgenössischen Bünde II, 1, 492—494; Pipitz, Die Grafen von Kyburg p. 54. Huillard-Breholles, Hist. dipl. II, 319.

## Nr. 19.

1223, März, Florenz.

Kaiser Friedrich II. gibt dem Stift Münster eine zweite Bestätigung des Schirmbriefes Kaiser Friedrich I. von 1173.

C ⁞ (Chrismon). In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Fridericvs ⁞ Secundus diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus et Rex Sicilie. ⁞ Decus et Decor Imperii | et principalis gloria dignitatis tunc proprio fulgore corruſcant et ſolium regnantibus debita moderatione diſponunt, cum ad fovendum eccleſias dei et earum ſtatum in melius conſeruandum mens principis deuota conſurgit, et eo gratior in conſpectu domini preſentatur, quo gratius sibi ſpecia- | liter preſtat obſequium commoditati et quieti eccleſiaſtice prouidendo. Hinc eſt igitur, quod cum Deitricus, Beronenſis eccleſie prepoſitus, ad noſtre preſentiam acceſſerit maieſtatis priuilegium, quod dominus quondam auus noſter Imperator Fr. diue recordationis auguſtus predicte eccleſie ſue in- | dulſerat noſtro conſpectui preſentauit, supplicans humiliter et deuote, ut ipſum et eandem eccleſiam ſuam ſub noſtra et Imperii protectione recipere nec non idem priuilegium renovare ac de noſtra confirmare gratia dignaremur. Cuius priuilegii tenor talis eſt. In nomine ſancte et in- | diuidue trinitatis.

Folgt wörtliche Repetition des größern Vidimus Nr. 20. Varianten in Ortsnamen: Hochtorf, Shongowe, Chotingen, Starchilchun, Putenſulza, Tagemarſſelidon, Werzwile, Steufen, Tofendal, Meiſterſuanc, Mmo͗ote, Hergersſperg, Richartſholz, Lupenrutin, Maldeſwile, Veilo͗we, Langenecho, Sicanhuſen, Zeinhwile.

Schluß: Ad huius itaque protectionis, innovationis et confirmationis noſtre memoriam et inviolabile firmamentum

preſens priuilegium fieri et sigilli | noſtri munimine iuſſimus inſigniri. Huius autem rei teſtes ſunt. Albertus Magdeburgenſis archiepiſcopus, Engelardus Cicenſis, Gernodus Brandeburgenſis, Conradus Hyldeſemenſis, Heinricus Wormacienſis, Bertoldus Briſinenſis, Albertus Tridentinus Epiſcopi, Hugo abbas Murbacenſis, Heinricus prepoſitus Conſtantienſis | maioris eccleſie, Diepoldus Ma(r)chio de Voheburg, Guillelmus marchio Montis ferrati, Ray. dux Spoleti, Heinricus Comes de Heberſtein, Heinricus comes de Diets, Sifridus comes de Vienna, Comes Vlricus de Vlta. Heinricus de Nifen. Heinricus Wandelbere de Raprehſwile, Albertus de Saxo, Heinricus | de Chieno et alii quam plures.

Schluß wie im andern Exemplar Nr. 20.

Das große Majestätssiegel hängt wohl erhalten.

Druck bei Winkelmann, Acta Imperii I, 228—229 mit Auslassung des Diploms Friedrich I.; Huillard-Bréholles, Hiſt. Diplom. Friderici II, 2, 341—342. Vgl. J. E. Kopp, Gesch. d. eidgen. Bünde II, 1, 494. In G. Tschudis Chronik I, 118 ist aus Bercholdus Briſinenſis ein Baſilienſis episcopus geworden, was Trouillat, Mon. de Bale I, 548 als Irrtum hervorhob; allein Tschudi copierte aus Liber crinitus fol. 46 oder fol. 60 bis 62, wo dieser Lesefehler steht. Kopie im Liber Erni 4—5.

## Nr. 20.

1223, März, Florenz.

Kaiser Friedrich II. bestätigt dem Stift Münster den Schirmbrief Kaiser Friedrich I. vom 4. März 1173.

C ⁞ (Chrismon). In nomine ſancte et Indiuidue trinitatis. ⁞ FRIDERICVS ⁞ ſecunduſ diuina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtuſ et Rex Sicilie. ⁞⁞⁞ | Qvanto de manu domini potiora ſuſcepimus, quo in excelſo glorie ſolio diuina diſpoſitio miſericorditer nos locauit, poteſtatis plenitudinem nobis deſuper conferendo, tanto ſibi artius debitores aſcribimur et debite nexu gratitudinis obligamur. Et licet inter cetera | que munificentiam noſtram ad opus pie-